



## Universitätsbibliothek Paderborn

**De Monstris Et Monstrosis, Qvam Mirabilis, Bonvs, Et  
Ivstvs, In Mvndo Administrando, Sit Devs, Monstrantibvs**

**Stengel, Georg**

**Ingolstadij, 1647**

§. 3. Monstra tanquam Dei opus non esse carpenda.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-51168](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-51168)

§. III.

*Monstra, tanquam Dei opus, non esse car-  
penda.*

Atque hoc solum sufficit, ne monstrosè  
nati, vel lamentando, vel queritando, cum  
Iob, dicant: *Quare de vulna eduxisti me?* Iob.10.18.  
qui utinam consumptus essem, ne oculus me vi-  
deret. Fuissem, quasi non essem, de utero trans-  
latus ad tumulum. Nam quicumque nouit  
Deum esse suum Plasten, non potest eum  
erroris accusare, infinitè sapientem. Olim Plini. I. 35.  
plastæ laudatissimi fuere Damophilus & Geor- cap. 12.  
gasius, quorum opera nemo audebat carpe-  
re; & summi artificis opus aliquis Mōmus  
audebit reprehendere? Figulus mollem ter-  
ram premens, laboriosè fingit ad usus nostros  
vnumquodq; vas, & de eodem luto fingit, que  
mundas sunt in usum vasa, & similiter, que  
bis sunt contraria: horum autem vasorum  
quis sit usus, iudex est figulus. Ad quem lo-  
cum alludens ait Apostolus: *O homo tu quis es,* Rom. 9.  
*qui respondeas Deo? Numquid dicit fig-* 20.  
*mentum ei, qui se finxit: Quid me fecisti sic?*  
*An non habet potestatem figulus lutis, ex ea-*  
*dem massa facere aliud quidem vas in hono-*  
*rem, aliud verò in contumeliam?* Assonat  
& Isaias, qui & male contentis istis eiusce-

Sapient.  
15. 7.

H modi

Isa. 45. 9.

modi fulmen intorquet : *V&e qui contradicit*  
*fictori suo, testa de Samijs terra : numquid di-*  
*cit lutum figulo suo : Quid facis, & opus tuū*  
*absque manibus est ? Va quid dicit patri : Quid*  
*generas ? & mulieri : Quid parturis ? Hac*  
*dicit Dominus sanctus Israel, plastes eius : Ven-*  
*tura interrogate me, super filios meos, & super*  
*opus manuum mearum mandate mihi. Ego*  
*feci terram, & hominem super eam creavi ego:*  
*manus mea tetenderunt cælos, & omni militiae*  
*eorum mandauit. Qui ergo stellas in cælo*  
*lucentes, qui cælum ipsum & terram con-*  
*didit, pro suo arbitratu ; & lutum potest*  
 *fingere hominem que adeò ipsum ad suam*  
*voluntatem. Sic optimè factus est , sicut*  
*eum Deus fecit ..*

*Non bene vasa suo faciunt conuicia*  
*fabro.*

#### §. IV.

*S. Gregorij Turonensis solarium breuitatis,*  
*Dens author.*

Sur. 17.  
Nouem.  
tom. 6.

Hæc cogitatio S. Gregorium Episcopum  
Turonensem & placatum tenuit ; & apud  
S. Gregorium Magnum, vtilissimo exem-  
plo defendit. De quo in vita eius, hæc  
Surius. *Sexdecim annos hic in Episcopatu exe-*  
*gerat, cum æquinoccius eius ille Magnus Gre-*  
*gorius*